



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCXLIII. Markgraf Hermann bestätigt der Stadt Frankenstein als Tutor
Silesiae ein im Jahre 1298 vom Herzoge Bolko erhaltenes Privilegium, am
21. November 1307.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

integraliter et in toto. In cuius cessionis, resignacionis et translacionis testimonium presentes literas scribi et Majestatis nostre sigillo iussimus communiri. Datum in Frankesurd, XV. Kal. Junii, Anno domini MCCC Septimo. Regni vero nostri anno nono.

Aus Kuchenbäcker, Anal. Hass. XII. 386.

CCCXLII. Der Römische König Albrecht bestätigt der Markgräfin Agnes, Gemahlin des Markgrafen Heinrich von Brandenburg, alle ihr von ihrem Gemahle und von dem Markgrafen Otto zum Ehegeschenke überwiesenen und noch zu überweisenden, vom Reiche zu Lehn gehenden Besitzungen, am 28. Mai 1307.

Nos Albertus, dei gracia Romanorum Rex, semper Augustus, ad uniuersorum sacri Romani Imperii fidelium noticiam volumus peruenire, Quod cupientes Inclitam Agnetem, Illustris Heinrici Marchionis Brandenburgensis vxorem legitimam, consanguineam nostram dilectam, specialis gracia priuilegio preuenire, omnia bona, a nobis et Imperio in feodo descendencia, quibus Heinricus predictus et Illustris Otto Brandenburgensis Marchio, frater suus, eandem Agnetem dotaerunt et que in donacionem sibi propter nupcias donauerunt, eidem Agneti concessimus. Et in hoc motu voluntario consentimus, nostrum expressum adhibentes assensum, quod Marchiones prefati eam ulterius de bonis, que a nobis et Imperio in feodum habere dinoscuntur, dotare, et in donacionem propter nupcias donare possint eidem, pro suo beneplacito voluntalis. Que a nobis et Imperio similiter feodali titulo possidebit. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. Datum in Frankensurt, V. kal. Junii, Anno domini millesimo trecentesimo septimo, Regni vero nostri anno nono.

Nach dem im Königl. Sächsischen Landes-Archive befindlichen Originale

CCCXLIII. Markgraf Hermann bestätigt der Stadt Frankenstein als Tutor Silesiae ein im Jahre 1298 vom Herzoge Bolko erhaltenes Privilegium, am 21. November 1307.

Nos Hermannus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie marchio et dominus de Hennenberg tutorque Silesie, recognoscimus et ad uniuersorum presentibus peruenire cupimus noticiam, quod literas incliti principis, sororii nostri, domini ducis Bolkonis pie memorie, honestis uiris et discretis ciuibus ciuitatis Frankenstein super depositione plumbi et salis datas, uidimus, non uiciatas et sigillo suo rationabiliter confirmatas et sigillatas sub hoc tenore, prout inferius continetur.

In nomine domini Amen. Quoniam, ut ait apostolus, omnia, que exscripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, audita ratio ueritatis consona docet nos acta presentia digna memoria sic scriptis et sigillorum impressionibus seruare integra, ne per obliuionis exitum

excedant scientiam futurorum. Exinde est, quod nos Bulcko, dei gratia dux Silesie, ad publicam noticiam omnium attestacione presentium cupimus peruenire, quod utilitati et profectui ciuitatis nostre Franckenstein intendere cupientes, ciuibus predictae ciuitatis deponendi plumbum et sal uenalia liberam damus, prestamus et concedimus facultatem, volentes ut singuli transeuntes cum prefatis rebus uenalibus absque contradictionis uoce ibidem uenditioni exponant. Ceterum concedimus eisdem, ut nulla taberna a ciuitate infra unius miliaris distantiam construatur et constructas penitus remoueri. Insuper uolumus sepe dictos ciues iure censi eodem, quo patruelis nostri Heinrici, quondam ducis Wratislauiensis felix recordationis, tempore utebantur. Ut ante predictae donationes nostre permaneant in uigore debite firmitatis et ne aliqua postmodum interueniente calumnia deformentur, presentem paginam eisdem ciuibus concessimus nostri sigilli munimine roboratam. Datum Reichenbach, per manum magistri Heinrici notarii. Anno domini millesimo CCLXXXX octauo, calend. Nouembris. Presentibus nostris militibus dominis Rudigero de Hugewitz, F. de Waldau, Alberto de Vlok, Alexandro dicto Clerico, Hermanno de Pesczen, Con. aduocato in Reichenbach, Siffrido scriptore ac aliis pluribus fide dignis,

Et nos marchio Hermannus prefatam donationem, sepedictis ciuibus ciuitatis Franckenstein per sororium nostrum, dominum duce Bolkonem pie memorie, datam et concessam, ob petitionem nobilium uniuersorum et ciuium, in eadem ciuitate Franckenstein commorantium, ratam et firmam seruabimus et his presentibus publice confirmamus, ut ex hoc robur habeat perpetue firmitatis. In cuius rei evidens testimonium presentem dedimus paginam, de certa scientia nostra munimine nostri sigilli communitam. Datum Schönau, per manum domini Słoteckini. Anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo (sic), feria tertia post festum Elisabeth presentibus nostris militibus dominis Hermanno de Reichenbach, Burchardo de Bertinsleue, Christiano de Bernhartsdorf, Conrado de Zirna, Kiliano de Hugewitz, Heinrico Thuringo ac pluribus aliis fidei testimonio decoratis.

Nach einer vom Geh. Rath Stenzel in Breslau aus dem Privilegienbuche des Fürstenthumes Münsterberg mitgetheilten Abschrift.

CCCXLIV. Hermann, Markgraf von Brandenburg, bestätigt als Tutor Silesiae einen Kaufcontract des Schlesiſchen Hauptmannes, Hermann von Barby, mit dem Abte und Konvente des Klosters Kamenz vom Jahre 1303, am 27. November 1307.

Nos Hermannus, marchio Brandeburgensis et Lusacie, dominus de Henneberk et tutor Slesie, omnibus hanc paginam inspecturis publice protestamur, quod dominus Gothfridus, abbas monasterii de Kamenz, nobis obtulit literas non raras, non abolitas, nec cancellatas in hec verba:

In nomine domini amen. Cum negocia, que ad manus hominum disponuntur, sepius